

quadrige de silva libere et publice cum filiis sanctorum^{m)}) apostolorum principibus remisit et pro dimidia, quam sibi retinuit, dimidium mansum in Hochstede tradidit et hec omnia banno et scriptis firmari rogavit. Harum rerum veritatem respectu pacis et stabilitatis litteris demandavimus et sigilli nostri impressione corroboravimus et in nomine patris et filii et spiritus sancti banno antecessorum nostrorum bannum nostrumⁿ⁾) addidimus. Huius rei testes sunt. Vdo Gurcensis episcopus. Comes Sizo. Ernestus comes et advocatus predicti cenobii. Abbates. Henricus Hersveldensis. Wernherus Erphesfurdensis. Wezel Northeimensis. Hermannus Gerodensis. Prepositi. Henricus de sancta Maria in Erphesfurt. Adelhart de sancto Severo. Burchardus Iecheburgensis. Goteboldus Friteslariensis. 10 Liberi. Wigger de Warperg. Meinhart de Muleberc. Adelbertus de Balenhusen. Ministeriales. Bertoldus de Tuteleyben. Adelbertus de Almenhusen. Guntherus de Merckisleyben. Henricus de Herverisleyben. Wernhere de Witerde. Sigebolt. Wernhere. Hartung^{o)}). Acta sunt hec apud Erphesfurt anno dominice incarnationis MCXLIII, indictione VII, regnante Conrado rege, sedi Moguntinensis ecclesie presidente Henrico^{p)}) dei gratia venerabili archiepiscopo. Ernestus comes advocatus fuerat et Rytelin scultetus^{q)}). Feliciter amen. 15

181.

Markgraf Konrad schenkt dem Prior Peter und dessen Kloster zum heiligen Grabe in Jerusalem einen Vierdung Goldes und verpflichtet sich und seine Nachkommen im Besitz der Markgrafschaft, jährlich zwei Mark Silbers dahin zu entrichten, damit sein, seiner Gemahlin, Söhne und Vorfahren 20 Gedächtniss dort erhalten und sie alle in die Gebete und den Segen der guten Werke dieses Klosters eingeschlossen seien. 1145 Mai 19.

*Hdschr.: Cod. MS. Bibl. Paul. Lips. 20 fol. 188. Universitätsbibliothek Leipzig. Phot. H. St. A.
Gedr.: Mencke, Scriptorum rer. Germ. 1, 795.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit omnibus fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ego Conradus dei gratia marchio Misinensis do hac presenti die XIII. kal. iunii anno dominice incarnationis millesimo centesimo XLV, indictione VIII, pro remedio [anime] me^{a)}) et uxoris me^{e)}) Lucard^{e)}) et filiorum meorum Ottonis, Theoderici, Henrici, Tetonis, Friderici omniumque parentum meorum Petro dominici sepulchri venerabili priori ceterisque fratribus et canonicis tam presentibus quam futuris 30 eidem ecclesie devote servientibus modo ad presens de propria manu firtonem auri et voveo me uno quoque anno a proxima festivitate sancti Michaelis archangeli in die eiusdem festi census duas videlicet marcas arg[en]ti^{a)}) absque omni fraude predictis canonicis ecclesie sepulchri domini Hierusalem redditurum hac videlicet conditione, quatinus memoriale meum et predict^{e)}) uxoris me^{e)}) et filiorum filiarumque meorum nec non et omnium parentum nostrorum in eadem ecclesia in perpetuum maneat, et ut participes simus omnium 35 beneficiorum, que in predicta ecclesia a supra dictis canonicis devote peracta fuerint,

180. m) sanctis AC. n) nostrum fehlt AC. o) Zeugen fehlen A. p) Henrico B. q) Ernesto comite advocato et Rytelin sculteto B.

181. a) Loch.